SUMMARIUM PROPOSITIONUM, ET RESPONSIONUM CONTENTARUM...

Dionysius Verianelus

1062

SVMMARIVM PROPOSITIONVM, ET RESPONSIONVM CONTENTARVM IN LIBRO DIONYSII VERIANELI, CVI TITVLVS EST CLYPEVS VERITATIS, SEV DEFENSIO APOLOGETICA

ADVERSVS

Vindicias Michaelis Manfredi, & Epiſtolam P. Petit in diſcuſsione perennis, & legitimæ ſupputationis S. Paſchatis

ET IN TRIB. DIALOGIS SAVINII MVTI, ET MERCVRII

CONTRA

Vindicias & Oppoſitiones Petri M. Kauma in ſuo Libello de legitimo tempore Paſcha Hebræorum & Chriſtianorum, necnon contra Epiſtolam Honorati Fabri Ieſuitam ſuo libro de Optica, & contra Libellum ignoti Authoris.

In quibus Propoſitionibus & Reſponſionibus, ac Dialogis ſingillatim confutantur & funditùs euertuntur aſſertiones omnes dictorum Aduerſariorum non ſolùm ratione, authoritate, & experimentis, verùm etiam pleniſſimè per doctrinam ipſam in Kalendario Gregoriano ab egregio Viro Clauio expreſſam & ſæpiùs repetitam.

AVTHORE
DIONYSIO VERIANELO
ALEXANDRINO.

ROMÆ, M.DC.LXVIII.

Ex Typographia Angeli Bernabò. *Superiorum Permiſſu.*

1065.13

AD LECTOREM
TYPOGRAPHVS.

POST nonnullas controuerſias exortas ab Anno 1666. in Re grauiſſima, qualis eſt vera magnitudo Anni cœleſtis, & conſequenter inuariabilitas perpetua Anni ciuilis; vnde Kalendarium ad vſus Eccleſiaſticos à Gregorio XIII. P. O. M. accommodatam ſemper perſeueret, & Feſta mobilia omnia ſuis legitimis temporibus ſemper celebrentur. Duo admodum vrgebant, quibus maximè ſtudendum eſſe videbatur, nimirum primò Demonſtratio Veritatis, eiuſque Promulgatio, & ſecundò Defenſio honoris eorum, qui pro hac Veritate eius claudà ingenuè laborauerunt aduerſus quoſdam dicta notoria Veritatis impugnatores. Et quoniam Veritas prędicta continetur primo in duodecim Propoſitionibus, & in duabus Reſponſionibus exaratis in Libro Dionyſij Verſaneli, cui titulus eſt Clypeus Veritatis, ſeu Defenſio Apologetica aduerſus Vindicias Michaelis Manfredi Bononienſis, & Epiſtolam P. Petit Pariſienſis in Diſcuſſione perennis, & legitimæ ſupputationis Sacri Paſchatis. *Et ſecundo continetur eadem Veritas in alijs tribus Reſponſionibus habitis* in tribus Dialogis Saturnij Muti, & Mercurij *cõtra Vindicias, & Oppoſitiones Petri M. Xaatna Fauëtini in ſuo Libello de Legitimo tempore Paſcha Hebræorum, & Chriſtianorum, nec non contra Epiſtolã Honorati Fabri Ieſuita in ſuo libro de Optica, & contra mihi ignoti Authoris Libellum, Dionyſius Verſanelus conſuit, vt præcurreret Compendium, ſiue Summarium dictarum Propoſitionum & Reſponſionum, & totius præfatæ Veritatis, antequam* Propoſitiones & *Reſponſiones ipſa prodeant in lucem, vt interim, donec omnia typis excudantur, tanquam à ati lucidiſſimo ſpeculo præfulgeat exoptata Veritas. Vale.*

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter Ordinis Prædicatorum.

SVMMARIVM

dd. Propoſitionum & Reſponſionum.

PRIMO, In prædictis Propoſitionibus & Reſponſionibus probatur, quod proponere introductionē anni Gregoriani perpetuò inuariabilis apud Indos Chriſtifideles, veluti reuerentiſſimè propoſuit Franciſcus Leuera Clericus Romanus ab Anno 1659. in S. Congregatione de Propagãda Fide, & veluti videre eſt in Indice ſtudiorũ, & operum eiuſdem Franciſci Leueræ in lucem editorum eodem Anno 1659 ex Typographia Vateſij, minimè eſt contra mentem Gregorij XIII & Clementis VIII fel. rec. & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, neque eſt contra debitum bonorum Ciuiũ in Aſtronomia eruditorum, & cupientium gloriam & honorem S. Sedis Apoſtolicæ immortalem; ſed eſt maximè ſecundum mentem, & deſiderium, atque mandata expreſſa eorumdem. Cum enim inuariabilis permanere nō poſſit Annus ciuilis Gregorianus, & cum eo Calendarium Gregorianũ, niſi Æquinoctium Veris perſiſtat in die 21. Martij, vbi per reformationem Gregorianam reſtitutum eſt, ſanè ſtudendum ſemper huic inuariabilitati, & eò magis quia Gregorius XIII. P. M. cognouit annum Alphonſinum, ad cuius quantitatem accomodauerat annum eiuſdem, eſſe errori obnoxium; quamuis minùs alijs annorum menſuris, vt legitur in eius Epiſtola ad Reges in Kalendario Gregoriano extenſa, & hæc inuariabilitas adeò incerta fuit & dubia, vt mandatum fuerit, quod quando deprehenderetur Æquinoctium recedere à die 21. Martij, tunc reducendum ſit ad dictam diem 21. Martij, vt Kalendarium Gregorianum ad Eccleſiaſticos vſus accommodatum ſemper perſeueret, veluti admonet, & pluries repetit Clauius in Kalendario Gregoriano, & primò in cap. 5. num. 14. ibi, *Quemadmodum enim Tabulæ Ptolemæi, & Alphonſi Regis deprehenſæ iam ſunt à veris motibus nonnihil deſciuiſſe, quanquam illis temporibus, quando conditæ ſunt, eos rectiſſimè exhiberent, ita nobis Tabularum Prutenicarum ex Copernici doctrina erutarum perpetuitatem polliceri non poſſumus; ſi (magnam) Æquinoctium ex ſua ſede diſceſſiſſe comperiremus, nolle tamen negocio ad diem 21. Martij poterit reuocari, ſi ex decreto Romani Pontificis vnus, ſeu alter dies, vel etiam plures, ſi opus ſit, extra ordinem in aliquo anno intercalentur, aut eximatur*. Et in num. 17. eiuſdem cap 5. ibi, *Ratio noſtra intercalandi ſecundum annum Alphonſinum inſtituta eſt, de quo certè eſſe non poſſumus, num ſancte tempore medium ſemper locum inter maximum & minimum annum retenturus ſit. Quare meritò hanc curam Poſteris relinquimus, vt mature conſiderent, quæ tunc æquatio ſubſtituenda ſit, ſi fortè alia anni magnitudo fuerit deprehenſa*. Et in cap. 7. eiuſdem Kalendarij Gregoriani ſæpiùs & ſpeciatim in num. 5. ibi, *Æquinoctium conſtituendum erat, vt ſæpe dictum eſt, ad diem 21. Martij per intercalationem, vel intercalationis omiſſionem extra ordinem adhibendam, & deinceps eadem æquandi formula, quæ priùs retinenda, vel certè alia illi temporis aptior ex Aſtronomorum ſententia præſcribenda*. Et in cap. 12. eiuſdem Kalendarij Greg. num. 15. ibi, *Iam verò ſi poſt aliquot ſæcula elapſa ab Aſtronomis* alia

alia diverſa ab ea, quam nunc ſequimur, anni magnitudo deprehendatur. Etnum. 17. dicti cap. 12. ibi, *Et ſi autem poſt aliquot ſeculorum lapſum neceſſariò Tabula æquationis Lunæ eo (quo diximus modo) ex authoritate Summi Pontificis per Aſtronomos peritos corrigenda ſit, &c.*

Secundò, ex his explicationibus, & declarationibus ſanctæ mentis, & Decretorum, ac mandatorum Gregorij XIII. à Clauio vbi ſupra factis in Calendario Gregoriano, & alijs, quæ recenſuit Dionyſius Veranelus in Clypeo Veritatis in 2. & 3. Propoſitione primæ Inſpectionis, manifeſtum eſt, quod Sancta Eccleſia omnino intendit & vult conſideranda eſſe Aequinoctia cœleſtia vera, non autem ciuilia, & quoquo modo conficta: Aquinoctium namque ciuile fixum de ſui natura nulla indigere poteſt æquatione, nec reductione ad diem 21. Martij, ſed Aequinoctium cœleſte verum indigere tantummodò poteſt reductione ad diē 21. Martij.

Tertiò, pariter manifeſtum eſt ex Propoſitione 5. dictæ primæ Inſpectionis, & in Reſponſione ad dictum Librum Kauinæ, & ad dictam Epiſtolam P. Fabri, quod cùm compertum iam ſit Annum eiuſdem Gregorianum non eſſe inuariabilem, ex quo deprehenſa iam eſt per Tychonem, poſterioreſque omnes Aſtronomos minor anni magnitudo quàm Alphonſina, ſecundum quam anni Iuliani correctio firmata fuit à Gregorio XIII. P. M. vt narratur in dicta Epiſtola ad Reges miſſa Anno 1577. & viſum quoque ſit, quòd Aequinoctiū non perſiſtit ampliùs in die 21. Martij, ſed quòd progreſſum fuit verſus initium menſis ad dies vſque duos, nempè à die 21. ad diem 19. Martij, adque per plurimas obſeruationes Aſtronomorum omnium modernorum inuicem fermè conſentientium, & non diſcrepantium inter ſe, niſi per aliquam horam, tùm in obſeruationibus, tùm in ſupputationibus, veluti notorium eſt; & propterea, cùm iam ſimus in caſu, in quo Aequinoctium reuocandum eſt ad diem 21. Martij ex Decreto Romani Pontificis, quàmuis Clauius exiſtimauerit neceſſitatem hanc futuram tardiorem per aliquot ſæculorum lapſum. Ex his ſanè conſtat, quod nulla datur ratio, neque legitima excuſatio, cur ampliùs differenda ſit dicta reductio tantoperè deſiderata, repetita, & inculcata à Clauio, vt ſupra viſum eſt, adhoc vt Kalendarium Gregorianum ad Eccleſiaſticos vſus accommodatum ſemper perſeueret, & vt S. Paſcha celebremus iuxta mentem, Decreta, & mandata prædicta, tum Gregorij XIII. tùm S. Concilij Niceni, & S. Eccleſiæ.

Quartò, manifeſtum eſt ex allegatis quod ſi facta fuiſſet reductio Aequinoctij Cœleſtis veri ante Annum 1666. S. Paſcha eo anno celebratum non fuiſſet in ſecundo menſe verni temporis, nempè in die 25. Aprilis, ſed in menſe Martij, vt latè videre eſt in dicta Propoſitione 5. primæ Inſpectionis.

Quintò, demonſtratur per Aſtronomicas rationes & ſupputationes in ſupremum gradum certiſſimas, quòd ademptio vnius diei à menſe Februario Anni 1700. biſſextilis facienda, vel iam etiam ademptio in Anno 1800. & 1900. vnius pariter diei, ſufficere non poſſe ad reducendum Aequinoctiū ad diem 21. Martij, vt videre eſt in Dionyſio Veranelo Propoſitione quarta primæ Inſpectionis, & in Propoſitione 5. & 6. ſecundæ Inſpectionis circa finem.

Sextò, ex iiſdem explicationibus, & documentis, vt ſupra à Clauio in Calendario Gregoriano datis, patet, quòd Sancta Eccleſia, quàmuis vtatur pleniluniis Cycli, tamen intendit, & vult conſideranda eſſe plenilunia vera, vt pleoè conſtat in d. Clypeo Veritatis Dionyſii Veraneli in Propoſitione 3. ſecundæ Inſpectionis, & ſpeciatim quoque videre eſt in dicto cap. 12. Calendarii Gregoriani num. 16. ibi, *Quòd ſi fortè defectus aliquis in æquatione Lunæ deprehenſus fuerit, ita vt Luna non am 312. cum dimid. per diem vnū ſedes ſuas anteuertat, &c.* & n. 17. ibi, *& ſi poſt aliquot*

ſecu-

ſæculorum lapſum neceſſariò Tabula æquationum Lunæ &c., quæ dicimus, modo ex authoritate Summi Pontificis per Aſtronomos peritos corrigenda ſit, &c. Etenim Eccleſia ob incertitudinē, tùm tēporis Aequinoctiorū & pleniluniorū, quàm reuerſionum, & periodorū curſus Solis & Lunæ, necnō ob diſcrepantiā inter Aſtronomos in his rēponſibus, periodis, ac reuerſionibus ad hancvſque ætatem, prudentiſſimè vtitur pleniluniis Cycli, quæ expeditè & facilè præſtant, atque exhibent plenilunia ferè prope plenilunia cœleſtia vera, atque ſimili quodam modo & regula, qua vtimur in perquirenda Radice quadrata veritati proxima alicuius propoſiti numeri, quando veram & præciſam Radicem quadratam talis numeri habere non poſſimus, ex quo aliquid fractionis poſt ſupputationem remanſerit, aut relinquatur; ſed hinc non conſequitur, vt Sancta Eccleſia ſpernere & reiicere velit plenilunia cœleſtia vera, & illa firmiter reiectus amplecti, ſemperque retinere plenilunia Cycli de ſui natura non vera, & præciſa, & incorrigibiliter ſic vitioſa ex confeſſis etiā à Clauio in cap. 18. Calendarii Gregoriani à n. 37. ad 51. vſque in finem Capituli, & in cap. 19. eiuſdem Calendarii Greg: num. 9. & Dionyſius Vertanelus in dicto Clypeo veritatis Propoſitione 2. & 4. & 5. ſecundæ Inſpectionis. Et eò magis, quia Cyclus iſte Lunaris Clauii eſt Cyclus Methonis, vt legitur in cap. 9. Calendarii Greg. num. 3 cuius vitia mentabilia & incorrigibilia refert etiam Ricciolus in lib. 4. Almageſti ſui cap. 19. pag. 242. Quòque Cyclus Lunaris interdum eſt in cauſa, vt S. Paſcha celebretur in ſecundo menſe vero contra Sanctam mentem Gregorii XIII. veluti celebratum eſt in dicto Anno 1666. & in nonnullis aliis præcedentibus annis poſt reformationem Gregorianam, de quibus in dicta Propoſitione 5. primæ Inſpectionis Dionyſii Vertaneli, & celebrabitur in pluribus ſeculis ſequentibus, ſi remedium non adhibeatur, vt videre eſt in Propoſitione 5 ſecundæ Inſpectionis eiuſdem Dionyſii Vertaneli, vbi obiter & perfunctoriè exhibentur multa Paſchata ſic aberrata per menſem. Cùm ergo ſecundum Clauium plenilunia triplicia ſint, nempè alterum medium, alterum Cycli, alterum verum; & Eccleſia penitùs reiiciat plenilunia media, quæ plenilunia nullum Paſche legitimum habere poſſet, vt firmatur in Calendario Greg cap. 19. num. 6. pag. 394 Plenilunia verò Cycli, Eccleſia vtatur propter incertitudinem verorum motuum, & periodorum, & reuolutionum Solis & Lunæ, vt videre eſt in Calendario Gregoriano cap. 18. n. 18. in fine pag. 390. Ideò remanet, vt conſideranda tantummodò ſint ſecundum Sanctæ Eccleſiæ mentem, & deſiderium plenilunia vera:

Septimò, aſtronomicè demonſtretur 14. diem Lunæ, modò eſſe diem plenilunii, modò diem ante plenilunium, & modò eſſe biduum ante plenilunium vt latè videre eſt in *Propoſitione* 3. ſecundæ Inſpectionis dicti Dionyſii Vertaneli; & proptereà quòd errare cogeremur, ſi ſemper diem 14. Lunæ pro die ante plenilunium ſumeremus; & adhuc magis errare cogeremur, ſi pro pleniluniis veris perpetuò ſumeremus plenilunia Cycli, etenim cum plenilunia Cycli originem habeant à nouiluniis Cycli, & nouilunia Cycli incipiant numerari per diem ſaltem integrum, & eò amplius, poſtquàm Luna cum Sole coniuncta fuerit, vt teſtatur Clauius eſſe ex vſu Eccleſiæ à tempore S. Cyrilli Epiſcopi Alexandrini in cap. 18 Calendarii Greg. num. 9. pag. 389. Equidem ex hac non vera dinumeratione vnius diei, & eò amplius à nouilunio vero, conſequitur neceſſariò, vt 14. dies Lunæ à tali numeratione ducta minimè ſit vera. Itemque 15. dies ab eadem pariter neque ſit vera, ac proindè S. Paſcha rectiùs celebrari poſſit per veram numerationem, præterquàm quòd cùm ex Sacrorum Canonum decretis S. Paſcha celebrari non debeat ante plenilunium, vt latè de-

cet

cet Clauius in cap. 22. Kalend Greg. num. 4. pag. 562. conſequitur, tum 14 diem Lunæ, tùm plenilunia vera diligenti conſideratione indigere, cùm minimè ſufficiat, vt in die Dominico poſt 14. diem Lunæ celebrari poſſit Sacrum Paſcha, ſi dicta dies Dominica fuerit ante plenilunium. Quando enim plenilunium non incidit in dies 14. Lunæ, nec in die 15. ſed in die 16. labente, eo caſu etiam ſi dies ſequens dictam 14. nempè dies 15 ſit Dominica, nos legitimè celebrare non poſſimus S. Paſcha, quia celebraretur ante plenilunium contra Sacrorum Canonum Decreta. Inſuper cùm præter conſiderationem 14. diei Lunæ Cycli ad demonſtrandũ primi Verni tẽporis mẽſẽ Paſchalẽ, requiratur accurata obſeruatio plenilunii veri, & indebitè incipiat numeratio ferè poſt duos dies à nouilunio vero, profectò a tali nõ vera numeratione nullus certificari vnquã poteſt, an 14. dies Lunæ, quando eſt proxima æquinoctio, incidat verè in die æquinoctii, an ante æquinoctium, ad hoc vt talis Lunatio ſit verè Paſchalis.

In veteri autem Teſtamento 14. dies Lunæ ideò ſumpta ſemper eſt pro die plenilunii, quia plenilunia lege naturæ infallibili nunquàm ſiunt priuſquàm in 14. die Lunæ, eaque fermè completa, ſed ad eam circiter; teſtis eſt Ioſephus Hebræus in libro 3. Antiquit. Iudaic. ibi, *Menſe vero Xantico, qui apud nos Niſan appellatur, & eſt anni principium 14. Luna Sole oppoſito in Ariete, quo menſe liberati ſumus à ſeruitute Ægyptiorum; ſacrificium, quod tunc egredientes ex Ægypto fecerant immolare nos annis ſingulis, quod Paſcha dicitur, celebrareque præcepit*. Eademque ſcripſit Philo, & alij à tempore 72. Interpretum, vt legitur apud Euſebium in libro 7. Hiſtor. Eccleſiaſt. referentem Anatolium Alexandrinum Laodicen Epiſcopum circa annum Chriſti Domini 288 inter alia ſcribentem ſententiam Ariſtobuli, nimirùm *in die Paſchæ non ſolùm obſeruandum eſſe, vt Sol æquinoctium vernale tranſcendat, verùm & Lunam: cùm enim duo ſint æquinoctia Veris & Autumni æquis ſpatijs dirempta & 14. menſis primi feſtiuta ſolemnitas poſt veſperam, quando Luna Soli oppoſita deprehenditur è regione, ſicut etiam oculis probare licet; inuenitur vtique vernalis æquinoctij partem Sol obtinens, Luna verò è contrario Autumnalis*. Idemque affirmarunt S. Theophilus, S. Cyrillus, Iſac Argirus, Campanus, & alij, & Rupertus Abbas Tuitienſis in lib. de diuin. offic. cap. 27. allegatus etiam à Clauio in cap. 1. Kalend. Greg. pag 64. vbi loquens de Paſchate Chriſtianorum inquit, *Dominæ namque authoritatis eſt, & ex antiqua lege Moyſi traditum, vt non celebretur ante primi menſis plenilunium, videlicet vbi primùm plena Luna poſt vernale occurrit æquinoctium*. Et Thomas de Vio Cardinalis Caietanus in comment. cap. 12. Exodi eadem affirmat, dùm inquit, *De menſe lunari eſt ſermo, & demonſtratur lunatio illa, cuius ad Solem in Ariete oppoſitio eſt prima, & adiungitur prima pro cautelà, ſi euenirent duæ oppoſitiones Lunæ ad Solem in Ariete, altera ad Solem in principio, alteram fine Arietis &c.* Quã Caietani ſententiã latè confirmat vnà cum Hieronymo ab Holcaſtro Paulus Minerua in libro de Neomenijs Salomonis perpetuis lib. 2. c. 34. & Vgolinus Martellus Epiſcopus Glandeuenſis in libro ſuo inſcripto, *Chiaue del Calendario Gregoriano*. cap. 42.

Octauò, cum ex deductis conſiderandum ſint æquinoctia vera, & plenilunia vera, ex eo etiam, quia alterutro ex ijs exiſtente falſo, impoſſibile eſt, quoties contingit, vt æquinoctium, & plenilunium fiant eadem circiter die, diſtinguere an plenilunium illud præcedat æquinoctium, vel an æquinoctium præcedat illud plenilunium, & ex tali præcognitione affirmare, quòd plenilunium illud ſit Paſchale, vel non; vndè neceſſariò conſequitur, vt ſit officium boni ciuis in Aſtronomia verſati, & capientis ſatisfacere deſiderijs, & mandatis Sanctæ Eccleſiæ, offerre reuerenter formulam, & regulam facillimam atque expeditiſſimam, per quã

icta

illû oculi quiſque videre poſſit in ſingulis annis cuiuſcumque futuri ſæculi diem, atque etiam horam æquinoctij veri, nec non diem atque etiam horam plenilunij veri poſt dictum æquinoctium, & verum diem Dominicam Paſchalem, quæ regula ſpeciatim inſeruire poſſit in illis annis, in quibus incertum ſit per Cyclum lunarem & Epactas, an plenilunium eo anno eat ante, vel poſt diem æquinoctij, an in die æquinoctij, nam in alijs quibuslibet annis, in quibus plenilunium fiet poſt aliquos dies ab æquinoctio cœleſti vero, ceſſat prorſus omnis difficultas, & perpetuò optimus erit vſus Epactarum Lilianarum à Clauio æquatarum, & ſemper exhibituræ ſunt legitimum Sacri Paſchatis tempus in omni æuo, vt dictum eſt à Dionyſio Venantio in Propoſitione 4. in fine ſecundæ Inſpectionis

Quòd autem nō raro eueniant plenilunia in die circiter æquinoctij veri, ut conſtat ex eo, quòd iam à reformatione Gregoriana vſque ad præſentem ætatem plenilunia inciderant in dies circiter æquinoctij nempè Anno 1590. 1609. 1628. 1647. 1666. vt videre eſt in Propoſitione quinta primæ Inſpectionis, & in Propoſitione pariter 5. in fine ſecundæ Inſpectionis, vbi exhibentur, vt ſupra diximus, multa Paſchata in futuris temporibus aberratura per menſem.

Quòd verò tempora dictorum æquinoctiorum, & pleniluniorum Paſchalium vera futura ſint in perpetuum, probatur inuincibiliter 70. circiter exemplis, et experimentis per Arithmeticas demonſtrationes plurimas comprobatis in toto Prodomo Franciſci Leueræ, & ſpeciatim in cap. 12. & 13. Inſuper in Dialogo Sanini Muti, & Mercurij aduerſus Epiſtolas Riccioli Ieſuitæ, & Caſſini, & rurſus nuperrimè confirmantur in Dialogis eiuſdem Saninij Muti, & Mercurij aduerſus dictum librum Petri M. Kauinæ, & dictam Epiſtolam Honorati Fabri Ieſuitæ: & dictum Libellum nobis ignoti Authoris in reſponſione ad partem hiſtoricam, & diſertiſſimè in Propoſitione 6. ſecundæ Inſpectionis Dionyſij Venanelli, vbi etiam in fine dictæ Propoſitionis 6. exhibentur Tabulæ motuum Lunæ perpetuò valituræ, quarum copiam liberaliſſime elargitus eſt Franciſcus Leuera à ſuis tabiſcinijs, ſeriuiſque motuum Lunarium radicitus extractam, per quas Tabulas exquiſitè ſupputantur atque expeditiſſimè non ſolum vetuſta, & moderna plenilunia ab antiquis & modernis Aſtronomis inſignioribus obſeruata vbique terrarum, ſed etiam poſitus & loca omnia Lunæ ſub Zodiaco extra nouilunia & plenilunia præter expectationem Aſtronomorum modernorum, & ſingillatim Riccioli in lib. 2. Aſtr. reſor. cap. 5. pag. 115. & 117. & in lib. 3. eiuſdem Aſtr. reſor. cap. 10 de variatione Lunari num. 4. & 5. qui in dictis poſitibus, locisque Lunæ diurnis extra coniunctiones, & oppoſitiones Lunæ cum Sole diſcrepant non raro inter ſe ad gradus vſque duos in ſingulis fermè diebus.

Nonò cùm in prædictis Propoſitionibus & Reſponſionibus Dionyſij Venanelli, & Saninij Muti, ac Mercurij duo præcipuè contineantur; nimirum primò Promulgatio veritatis in re grauiſſima ad commune bonum populorum, & ad incomparabilem gloriam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ; & ſecundò Defenſio honoris eorum, qui pro dicta Veritate ſcripſerunt, & laborauerunt, vt Franciſcus Leuera, Placidus de Titis, & Lucius Nycoſtemus & alij contra obtrectationes, & impoſturas eis factas, & typis datas, quæ defenſio eſt de iure naturæ, & de qua in lib. Prouerbiorum cap. 5. num. 9. ſcriptum eſt. *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli:* Et cùm in iiſdem Propoſitionibus, & Reſponſionibus agatur de cauſa communi & magna, vt dixit Gregorius XIII. P. M. in Epiſtola ad Reges & Principes in fine, in qua à tempore S. Concilij Niceni ſemper maximè inuigilauit Eccleſia, nullam dimittens diligentiam, & labo-

rem-

rem, nulliſque parcens ſumptibus, & in qua pariter inuigilatura ſemper eſt, ne npè in immutabilitate perpetua anni Ciuilis, & Calendarij Eccleſiaſtici; & cùm in iiſdem Propoſitionibus & Reſponſionibus agatur quoque de integra & abſoluta cognitione nondum à Mũdi primis diebus habita motuũ Cœleſtium corporũ Luminarium maximè proficua Coſmographiæ, Geographiæ, Chronologiæ, Nauigationi, Medicinæ, & Agriculturæ, & conſequenter humano generi. Supplicantur Viri candidi, & eruditi Europæi pro examine veritatis dictarum Propoſitionum, & Reſponſionum, & interim huius Summarij earumdem, donec omnia (Superiorum permiſſu) prodeant in lucem, vt cunctis gentibus, tam Chriſti fidelibus, quàm infidelibus innoteſcat, & ſplendeat inuicta veritas earumdem, & præſertim in re Paſchali aduerſus indebitas & iniuiloſas contradictiones, & vt nemo ambiguus eſſe poſſit; quòd ſi egregius vir Clauius in præſenti ætate viueret, inſtetiſſet apud Summum Pontificem, velut faciendum eſſe ſæpè monuit, & inculcauit pro reductione æquinoctij Veris à die 19. Martij ad diẽ 21. & illicò obtinuiſſet, adeò vt Paſcha Anni 1666. non fuiſſet celebratum in ſecundo menſe Veris temporis, ſed in menſe primo, & cætera omnia inconuenientia ceſſarent, ſi iuxta mentem & deſiderium Gregorij XIII. P. O. M. æquinoctium ad diem 21. Martij reduceretur, & reliqua fierent, quæ ſupra reuerenter expoſuimus, à quibus perfectiſſimam correctionem Gregorianam haberemus, & ideò perperam quis obijceret nos detrahere velle honori & gloriæ Gregorij XIII. cum potius inſiſtamus pro adimplemento & executione Sanctæ mentis ipſius & reformationis ab eodem Summo Pontifice glorioſiſſime inſtitutæ.

Decimo in iiſdem Propoſitionibus & Reſponſionibus continetur repromiſſio Reſpub. Literariæ facta à Franciſco Leuera, nimirum, quòd Deo dante vitam & vires, reliqua, quæ huc vſque ſepulta iacent, & recondita ſunt de motibus ſecondis, ac de motu primo Sphærarum, corporumque Cœleſtium omnium, eorumque effectibus admirandis in cunctis ſublunaribus ſatis vtiliſſimis, quæque Poſteritati promiſit in Indice ſuorũ Operum, per gratè in lucem eſt editurus.

F I N I S.

99 958726

2062 13

1062 13